

Johann Cothmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequias Quae ... luveni Dn. Johanni Christophoro von der Lippe/ ab affine Moestißimo Dn. Henrico Rahnen/ I.D. & Profess. parantur. Omnium ordinum Cives Academicos ... invitat ...**

Rostochii: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770852092>


Druck Freier  Zugang



**Cothman, J.**  
in  
**J. C. v. d. Lippe.**

**Rostock. 1639.**

39







RECTOR

*Universitatis Rostochiensis*

JOHANNES COTHMAN,

S.S. Theologiæ Doctor &  
Professor.

*AD EXEQUIAS*

Quæ

*Doctissimo & humanissimo Juveni*

Dn. JOHANNI  
CHRISTOPHORO

*vonder Lippe/ab affine*

*Mæstissimo Dn. HENRICO Rahnen/J. D.  
& Profess. parantur.*

Omnium ordinum Cives Academicos quo par  
est studio invitat, ad horam primam in tem-  
plo Mariano

•§(O)§•



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Acad: Typ.

Anno M DC XXXIX.

136

RECTOR

JOHANNES COTTMAN

Magister Doctor

NO. 1000

D. JOHANNI

CHRISTOPHORO

Magister Doctor

Magister Doctor

Magister Doctor

Rostock

Magister Doctor

Anno M DC XXXIX



## RECTOR

*Universitatis Rostochiensis,*

JOHANNES COTHMAN,

S.S. Theologiæ Doctor

& Professor.



Conjugium scholam esse crucis, experientia edocti, dixerunt pij veteres. Si enim æquiore lance expendimus mala, pijs etiam conjugibus sæpius immilla, veritatem hujus axiomatis satis comprobabunt, Alij decumbit uxor; alij moritur. Et quandoq; uxore superstite, gignendorum liberorum sterilitas, animos conjugum excruciat, & si uno alterove anno spes lata nos deserit, solus mæror animum occupat, & per omnia vitæ jucunda simul obnubilans, nullum nobis voluptatis sensum permittit. Quod si conjugium liberorum procreatione est fecundum, multa accidunt veritatem pronuntiati veterum demonstrantia. Vel n. sunt sequioris sexus liberi, & metuendum, ne cum Dina pudicitia jacturam patiantur;

M 2

tur;



tur; vel sexus masculini, & tum plura forsan cor-  
parentum cruciant. Si quis enim modernos intimi-  
us scrutetur mores, solliciti merito parētes, de filio-  
rum educatione exquisita, quæ si rectè in juventu-  
te facta, facilè fieri potest, ut adultior tamen corrū-  
patur, ibi locorū ubi id minus fieri debebat. Quod  
si & hoc parentum, aliorumq; quorum fidei com-  
missi cura præcaveatur, inopinatus aliquis, & pla-  
nè inexpectatus casus contingere potest, ut nihi-  
lominus propositionis veterum sua constet veri-  
tas; Conjugium scilicet esse scholam crucis. Ne  
hoc tempore longè abeamus, præsens funus idem  
comprobat. Postquam enim vir Magnificus, Am-  
plissimus & Consultissimus Dn. CHRISTOPHORUS  
vonder Lippe / J. U. D. Clarissimus, Serenissimæ  
olim Danorum Reginae viduæ Cancellarius, nunc  
verò potentissimi eorundem Regis Christiani IV.  
Consiliarius Anno 1633, mense Aprili filium sibi  
cognominem, & paternarum virtutum æmulum  
strenuum amisisset, eumq; terræ matri reddidisset,  
supererat adhuc alter filius JOHANNES CHRISTO-  
PHORUS vonder Lippe / qui fratre mortuo, parentis  
animum nō leviter demulset, parens itaq; animad-  
vertens, filium hunc ejus esse ingenij, ut si rectè e-  
duceretur, spem de se conceptam non sit falsurus,  
proinde quod ad rectam educationem spectavit,  
nihil in se desiderari passus fuit. Hinc anno ætatis  
deci-

decimo, postquam Anno 1618. mense Augusto natus, Lippiam Westphalorum urbem ad studia continuanda a legatus fuit, ubi & eo sine, nec sine insigni fructu, sub institutione tam publica, quam privata M. GOBELINI Schragen / Scholæ ibidem Rectoris ac Præceptoris si lellissimi, per integrum, ferme sexennium substitit. Jactis ibidem primis literarum fundamentis à parente domum revocatus, fideliter privatim informatus fuit. Cumq; prædictus parens filij sui studia cognita haberet, ipsum illa jecisse fundamenta persuasum sibi habuit, quibus ad altiora contendere potuisset. Unde ante quinque septimanas, ad hanc nostram missus est Universitatem. Ubi & hæc ipsi contigit felicitas, ut affinis sui Dn. D. HENRICI Rahnen / amici & collegæ nostri dilecti, hospitio & conversatione quotidiana uti, atq; hoc pacto studia feliciter cœpta continuare potuisset, modo id supremo rerum moderatori visum fuisset. A teneris solitariam amavit vitam, hominumq; familiaritatem ac conversationem ductu quasi naturali averfatus est. Quia verò vitæ solitariæ amans fuit, hinc melancholia subsecuta fuit, unde vires corporis & animi paulatim labefactatæ sunt, ut alternis vicibus, modo decumberet, modo pedibus sese committeret. Ut autem Spiritum illum melancholicum alexi pharmaco probatissimo pelleret, crebro Bibliæ

facra legit, seseq; verbo Dei consolatus est, sciens meditationem divini verbi esse panacæam omnibus adversitatibus opponendam. Præteriti mensis die 30. inter 3. & 4. pomeridianam, ad tertiam ædium contignationem solus conscendit, & capite melancholiâ debilitato, & vertigine accedente in aream inferiorem cecidit, quo lapsu miserabili ita graviter vulneratus, ut propemodû mortuus sublatus sit. Verum sicuti Deus neminem sinit tentari ultra vires, ita quoq; huic juveni graviter lapsu vulnerato hanc concessit gratiam, ut ad se rediens aliquantulum refocillatus sit, accedente opera chirurgi solertis, & medici peritissimi Dn. D. JOACHIMI STOCKMANNI, amici & collegæ nostri dilecti. Medicina animæ commissa fuit Reverendo & Nobilissimo viro, Dn. CONSTANTINO FIDLERO, Superintendenti vigilantissimo, amico nostro dilecto, qui adductis ex sacro codice dictis consolatorijs, decumbentem refocillavit, & quia obstante corporis infirmitate verba clara proferre semper ægrotus non potuit, submissâ languentiq; voce respondit, interdum quoq; nutu suum assensum & internam devotionem declaravit. Tandem tamen tertio post lapsû illû funestû die, lingua aliquo modo restaurata. Omnia enim animi sensa rectius iterum & clarius eloqui coepit. Quinto mensis currentis die, summo desiderio corporis & sanguinis Chri.

Christi communionem, mediantibus symbolis sacramentalibus petijt, & magna devotione cæna Dominica fuit usus. Et quamvis vehementer cum morbo conflictaretur, tamen animo constans, semetipsum consolatus est, inter alia hæc verbis: **Gott legt mir eine Last auff / aber er hilfft mir auch.** Item: **Aus sechs Trübsalen wil ich dich erretten / vñ in der siebenden soll dich kein Vbel rühren.** Post cænæ dominicæ usum dixisse fertur. Se jam paratum esse ad mortē, idemq; sibi esse, sibi hodie, sive cras moreretur. Quæsitus anne lubens mortalitatem, hanc morte deponere vellet, respondisse dicitur: cur non. Ego unice id opto & cupio, accepi saluberrimum viaticum, addebatq; hos versiculos: Ut corpus redimas ferrum patiaris & ignes, ut valeas animā, quicquam tolerare negabis? Cum 6. hujus circa tertiam matutinam ultimam horam instare animadverteret, inter preces astantium animam suam, Christi in cruce pendentis exemplum secuto Deo commendavit, ac placidè piēq; annum agens 21. exspiravit, loquelam ad ultimum ferme Spiritum retinens. Hujus defuncti nostri sive consideremus parentem clarissimum supra nominatum, sive Matrem **MARGARETHAM Hermans /** foeminam laudatissimā, sive Majores præcipuos, sive deniq; ipsius defuncti nostri virtutes, longiori vita dignum eundem fuisse patet; fertur enim fuisse a-  
ni-

nimi sedati & ad misericordiam propensi, nemini  
verbis aut factis molestus fuit, nunquã ex ore ejus  
audita dicuntur temeraria juramenta, execratio-  
nes aut imprecationes, hodierno seculo pro dolor  
usitata. Voluntariã insaniam, quam crapulam seu  
ebrietatem vocamus, aversatus esse dicitur. Qua in  
re ut ordinis sui homines defunctum nostrũ imi-  
tarentur, omnibus modis esset optandum. Tum si-  
ne dubio multæ ἀταξίας in Academias à Diabolo in-  
troducæ, sua sponte corruerent. Huic defuncto  
juveni cum moestissimus affinis D. HENRICUS Kah-  
nen/ Professor juris dignissimus nomine soceri sui  
ante nominati, parentis ob casum hũc inexpecta-  
tatum mællissimi, exequias hodie facere decreve-  
rit, nostrum erit cives Academici in honorem cla-  
rissimi parentis, & affinis, Professoris Academiae  
nostræ celebris funus comitari. Quod & ego à  
vobis singulis fieri oro & hortor. Fiet verò con-  
ventus in æde Mariana, ad horam primam post-  
meridianam. Dab. Rostochij, sub sigillo U-

niversitatis 9. Junij, Anno

M DC XXXIX.












Christi communionem, med  
cramentalibus petijt, & mag  
Dominica fuit usus. Et quam  
morbo conflictaretur, tamen  
metipsum consolatus est, in  
Gott legt mir eine Last auff / al  
Item: Aus sechs Trübsalen w  
in der siebenden soll dich sein V  
næ dominicæ usum dixisse fer  
esse ad mortē, idemq; sibi esse  
moreretur. Quæsitus anne lu  
hanc morte deponere vellet,  
cur non. Ego unice id opto &  
berrimum viaticum, addebatq;  
corpus redimas ferrum patiari  
animâ, quicquam tolerare neg  
circa tertiam matutinam ultim  
anima dverteret, inter preces a  
suam, Christi in cruce pendent  
Deo commendavit, ac placidè  
21. exspiravit, loquelam ad ult  
tum retinens. Hujus defunct  
deremus parentem clarissimu  
tum, sive Matrem MARGARETI  
minam laudatissimâ, sive Maje  
deniq; ipsius defuncti nostri vir  
dignum eundem fuisse patet; fe



ymbolis sa  
one cæna  
enter cum  
nstant, se  
e verbis:  
mir auch.  
retten/vñ  
Post cæ  
paratum  
sive cras  
alitatem,  
e dicitur:  
epi salu  
culos: Ut  
ut valeas  
6. hujus  
n instare  
nimam,  
msecuto  
magens  
ne Spiri  
ve confi  
nominat  
ms/fœ  
uos, sive  
iori vita  
fuisse a  
ni.